





DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
EMPTIONE  
ET  
VENDITIONE,

108.  
27

1658, 6

QUAM  
AUSPICE DEO TRINO ET UNO  
PRÆSIDE  
HENRICO DAVIDE  
CHUNONE

JURIUM DOCTORE, EORUMQUE  
PROFESSORE PRIMARIO, ACADEMIÆ HEI-  
DELBERGENSIS PROCANCELLARIO, PRÆ-  
CEPTORE SUO OMNI HONORIS ET OB-  
SERVANTIÆ CULTU ÆTATEM  
COLENDO;

*Publicè ventilandam proponit*  
VINCENTIUS RUMP HAMB.  
AUTHOR ET RESPONDENS.

*Ad diem* ( \* \* ) *xxv Feb.*

HEIDELBERGÆ

---

Typis ÆGIDII WALTERI, Academia Typographi.  
ANNO M. DC. LIIX.

EMPTOR

VENTIONE

OPUS DEO TRINO ET UNO

IN TRINITATE

ALEXICO DAVILLE

ONORARI

TRINITY COLLEGE

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY

ST. JOHN'S COLLEGE

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY

ANNONCE

DE

REGISTERED

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

ANNONCE





DEO DIRIGENTE NIHIL EST  
QUOD ARCEAT.

POSITIO PRIMA.

**R**es inter homines maximè commu-  
nicari Emptione & Venditione, neque quic-  
quam hoc contractu frequentius esse, nemi-  
nem fugere puto: Quod cum ita sit, non  
incongruum esse auguror, hanc, de Emptio-  
ne & Venditione materiam, non solum usu  
frequentissimam, sed & humanæ societati perquam necessa-  
riam, pro ingenii tamen tenuitate, perlustrare.

II.

Cum vero originis cujusque rei interpretatio, & ex-  
plicatio, libentius nos ad propositæ materiæ lectionem per-  
ducat, cumque ea nobis evidentiorum intellectum præstet,  
*l. 1. ff. de O. I.* (res enim perfectè cognosci non possunt, qua-  
rum ipsum nomen vel penitus ignoratur, vel imperfectè co-  
gnoscitur, *arg. l. Labeo 7. §. servius 2. de supell. legat.*) & nos in  
præsentiarum hunc ordinem observabimus. Origo autem  
emendi, vendendique à permutatione capit, quod abundè  
satis innuit *l. 1. de contr. empt.* olim autem non erat nummus,  
neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed unusquisque

A 2

secun-

4  
secundum necessitatem temporum & rerum, utilibus inuti-  
lia permutabat, quando plerumque eveniebat, ut quod  
alteri supererat, alteri deerat, sed quia non semper nec fa-  
cile concurrebat, vel usu veniebat, ut cum tu haberes quod  
ego desiderarem, invicem ego haberem quod tu accipe-  
re velles, neque res hinc inde exstarent æqualis pretii & pro-  
portionis, necessum fuit inveniri medium, quod vice rerum  
esset, & quædam quasi mensura, ac ponderatio, quæ pro re-  
rum varietate & possit augeri & minui, *Arist. lib. 1. Polit. cap. 9.*  
*& 10.* Electa est igitur materia, cujus publica ac perpetua æsti-  
matio, difficultatibus permutationum æqualitatis quantitate  
subveniret, *l. 1. ff. de contr. empt.* Differt verò emptio à per-  
mutatione in hoc, quod in emptione res pro nummis datur,  
in permutatione res pro re vel nummus, ut equus cum bove  
vel nummus Gallicus cum Italico commutatur *l. 1. ff. de rer.*  
*permutat.* plures differentias inter emptionem & permutatio-  
nem, *vide Perez. in C. de rer. permutat. n. 1. p. 240. Col. 2.* Differt  
etiam emptio & venditio à societate & mandato in hoc, quod  
illa consensu de re & pretio contrahantur, sed hæc de rebus  
quæstus causa communicandis *pr. Inst. de societ.* istud negotio  
gerendo *pr. inst. de mandat. l. 1. l. 2. l. 3. ff. mandat. add. Gæd. ad*  
*l. 67. n. 7. de Verb. sign.* Emptio etiam & Venditio tantam ha-  
buerunt affinitatem cum locatione & conductione, ut veteres  
emptionis, venditionisque, locationis, conductionisque vo-  
cabulis promiscuè usi fuerint, *l. veteres 19. l. 20. de Act. empt.*  
*Cujac. 9. obs. 15.* Si verò rem accuratè perspiciamus, magna  
est horum contractuum differentia. Siquidem in emptione  
transfertur dominium rei in perpetuum, in locatione usus  
tantum idque ad tempus dominio non mutato, *l. non solet 39.*  
*locat. l. convenit 65. de contr. empt.*

III. Per-

Perspecta emptionis origine, ac reliquorum contractuum nominatorum differentiâ, consequens nunc est ut definitionem aggrediamur. In omni enim quae de re aliqua suscipitur disputatione, definitio quàm maximè tractanda est, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur *Cic. 1. offic. & 2. de finibus Myns. ad pr. Inst. de just. & jur.* est enim potissima illa cuiusque rei pars, de qua *Cajus in l. 1. de O. I.* imò fax & anima totius tractationis, qua rectius percepta, totum rectius percipitur negotium, *Calv. de jurisd. p. 101.* Definitur vero emptio quod sit contractus jurisgentium, nominatus, bonæ fidei, consensu initus, de re pro certo pretio tradenda *Wesemb. paratit. de contr. empt. n. 2. ibiq. Bach. Frantz k. d. t. n. 12. Vultej. ad pr. inst. de empt. & vendit. n. 7.* Hanc definitionem si explicaverimus, liquido apparebit, quæ sit emptionis natura (1) Emptionem contractum jurisgentium esse diximus ex mente *Pauli in l. 1. §. fin. ff. de contr. empt.* ex hoc enim jure omnes pene contractus introducti sunt. §. *jus autem gentium inst. de l. N. G. & C.* (2) addidimus emptionem contractum esse nominatum, quia in generali conventionis nomine non stat, sed in proprium contractus nomen transit *l. hujus edicti 1. §. fin. l. jurisgent. 7. §. quæ pariunt 1. ff. de pact. l. sicut aliud 1. §. item si 2. de rer. permutat.* (3) diximus esse contractum bonæ fidei, in hoc enim alter alteri obligatur, in id quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet, §. *item in his Inst. de Obl. quæ ex cons. l. consensu fiunt §. fin. de O. & A.* imò expressè contractus bonæ fidei appellatur *in l. Titius 48. in fin. ff. de A. E.* (4) & ultimò addidimus: consensu initus de re pro certo pretio tradenda, in quibus continentur tria ista, ut à *Dd.* nominantur substantialia, hujus contractus requisita, consensus nempe, quem in emptionibus & venditionibus debere intercedere palam est, *l. in*

*venditionibus 19. pr. ff. de contr. empt.* Merx, cum nec emptio nec venditio sine re quæ veneat possit intelligi, *l. nec emptio 8. in pr. ff. d. t.* & denique pretium, quoniam emptionis substantia consistit ex pretio *l. pacta conventa 72. eod.* nulla enim emptio sine pretio esse potest *in fin. pr. Inst. de empt. & vendit.* & sine eo est nulla venditio *l. inter patrem 2. ff. d. t.* Dicitur hic contractus consensu initus vel consensualis, non quod in cæteris contractibus ille non sit necessarius, aut hic nulla res desideretur, cum nullus sit contractus, nulla obligatio, quæ non habeat in se conventionem, nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est, *l. hujus edicti 1. §. sed conventionem 3. ff. de pact.* licet verò consensus nudus in hoc contractu sufficiat, interdum tamen scriptura quoque desideratur, si scilicet emptionem in scriptis fieri placuerit, *l. contractus 17. C. de fide instrum.* tunc enim scriptura quasi essentialis fit contractui postquam non simpliciter sed sub hac quasi conditione, ut non nisi scriptura interveniente contrahatur, consensum est *l. contrahitur 4. ff. de pact.* prout in sequenti Thesi dicemus,

## I V.

Ut ad divisionem accedamus, contrahitur emptio vel in scriptis, quæ quidem de essentia hujus contractus non est, *pr. inst. de empt. & vendit. l. consensu 2. de O. & A.* sæpissimè tamen contrahentes hoc agunt, ut in scriptis emptio & venditio perficiatur, quo etiam in casu non aliter perfectà est emptio, nisi instrumenta emptionis fuerint scripta, vel ab alio scripta, à contrahentibus autem subscripta *l. contractus 17. C. de fide instr.* cum subscriptio totum adprobet scriptum. *l. si quis ex argento. 6. de edendo* vel sine scriptis, quæ statim perfectà est, simul atque de pretio convenit, *pr. inst. de empt. & vendit.* licet rei traditio, aut pretii numeratio, vel arrahrum datio, nondum intervenerit, *l. hac vendit. 7. de contr. empt. Schneid. pr. inst. d. t.* tam inter-  
presen-



præsentibus, quam absentes, per nuntium, vel per epistolam, l. origo 1. §. est autem 2. de contr. empt. l. consensu 2. §. unde inter 2. l. in quibuscunq. 48. de O. & A. tot. tit. Inst. de Obl. quæ ex consens. l. nihil prohibetur 9. C. si quis sibi purè vel sub conditione l. hæc venditio 7. de contr. empt. modo non sit legibus improbata. l. si in emptio. ne, 34. §. omnium. 1. d. t. sciendum autem est, conditionales venditiones tunc demum perfici cum impleta est conditio. d. l. 7. de contr. empt. vel arrha data quæ de hujus contractus substantia non est, cum evidentioris probationis gratia tantum interponatur. l. quod sæpe 35. de contr. empt. Arrharum autem nomine dantur nummi, annulus, monile, aut quid aliud. l. perfectam 2. C. quand. lic. ab empt. disced. l. ex empt. 11. §. is qui 6. de act. empt. Germani nostri super emptione & perfecta venditione solent bibere **pflegen Weinkauff zu trincken** / quod etiam in partibus Thuscix fecisse, testatur *Schneid. ad pr. Inst. de T O. n. 15.* solus autem emptor solet arrhas dare non contra l. de lege commiss. 16. in pr. & l. mulier fin. de L. Commiss. l. contractus 17. §. ult. C. de fide instrum. vel sine arrha, quia licet ea non detur tamen perfecta est emptio, simulatque de pretio convenit. l. quod sæpe 35. de contr. empt. vel per aversionem, vel ad mensuram, rei que quantitatem. Per aversionem verò emere est quasi averso vultu, & non satis consideratè emere **über haupt kauffen** *Gothof. ad l. 62. inf. de contrab. empt. & ad l. 36. Locat. Cujac. in notis poster. l. hic.* Emptioni verò per aversionem opponitur illa quæ fit ad numerum, pondus, & mensuram **auff den Aufschlag kauffen** *vid. Covarruv. cap. 3. num. 5.* Potest etiam dividi, aliam esse veram emptionem, aliam nudam, imaginariam, seu simulatam quæ fit uno nummo, sed hæc propriè non est emptio l. nuda 55. de contr. empt. l. si donationis 3. C. eod. l. si usufructus 66. de jur. dot. l. imaginaria 16. de R. I. l. contractus 4. de O. & A. adde *Rittershus. pr. Insti. de empt. & vendit.*

V. His

His nunc præmissis, non incongruum esse duco, aliquid de ipsis personis contrahentibus dicere, & quænam emptio- nem & venditionem inire admittuntur, quæ contra ab eadem repelluntur considerare, parum enim est jus nosce si personæ quarum causa constitutum est ignoretur §. *ult. inst. de l. N. G. & C.* possunt autem contractum hunc omnes celebrare *arg. l. mutus & surdus 43. §. 1. ff. de procur. & defens.* nisi qui naturâ vel lege prohibentur.

## VI.

Naturali contrahendi facultate destituuntur furiosus, quia palam est furioso nullum esse consensum, nullam voluntatem *l. furiosi 40. ff. de R. I. l. emptioem 2. C. de contr. empt.* in hoc enim contractu consensum maximè necessarium esse, supra jam diximus: in dilucidis tamen furioris intervallis, quæ perfectissima sunt, hunc contractum, ut & alios tutò celebrare potest, quod etiam innuit, *d. l. emptioem 2. C. de contr. empt.* Hæc quoque non dissimilis est infans §. *sed quod 10. Inst. de inutil. stipulat.* quia is quoque intellectum non habet, nec quid agat, intelligit, §. *præterea 1. Inst. Quibus non est permiss. fac. Test.* per infantem verò intellige minorem septem annis *l. si in infanti 18. C. de jur. delib.* qui fari non potest *l. stipulatio 1. l. mulier 70. de V. O. l. seruo 65. §. si pupillo 3. ad S. C. t. Trebell.*

## VII.

Lege prohibentur quidam in totum, quidam cum certis personis, aut de certis rebus. In totum hunc contractum celebrare nequeunt ob conditionem suam servi, ii enim jure Civili & Prætorio pro nullis habentur *l. quod attinet 32. de R. I. l. si servus 1. de jur. deliberand. l. nullo modo 7. ad L. Cornel. de fals.* servus enim qui in potestate alterius est nihil suum habere potest §. *item vobis 3. Inst. per quas person. nobis acquir.* permissu verò  
Domini

9

Domini tutò emere ac vendere potest, *l. 57. de Ædilit. edict. l. 39.*  
*§. 1. de Eviēt. §. 3. Instit. Quod cum eo qui in alien. pot. est negot.*  
*gest. esse dice.* Huic additur Impubes qui ob ætatem atque in-  
firmum animi iudicium *§. præterea 1. Inst. quibus non est permiss.*  
*fac. Test.* (Per impuberem intellige pubertati proximum *§. pu-*  
*pillus 9. vers. sed quod Inst. de inutil. stipulat.*) obligari sc. civiliter  
ex contractu sine Tutoris auctoritate non potest *l. obligari 9. pr.*  
*de auct. ac consens. Tut. l. contra 28. pr. de pact.* Removetur et-  
iam minor quinque & 20. annis curatorem habens per *l. si cu-*  
*ratores 3. C. de in integr. rest. pr. Inst. de curat. l. hoc edict. 1. §. & ideo*  
*3. ff. de minor. l. in questione 13. §. minores 2. C. de sentent. pass. Gloss.*  
*in §. 2. Inst. quibus alien. lic. vel non VVeseimb. de pact. num. 5. ibid.*  
*Dn. Hahn.* Huic etiam annumerandus est ob malos mores  
prodigus *l. si sciens 26. de contr. empr.* cui bonorum administra-  
tio causa cognita à Magistratu est interdicta, *§. item prodigus 2.*  
*Inst. quibus non est permiss. fac. Test. l. 1. pr. l. furioso 16. de curat.*  
*furios. Gædd. de contr. stipulat. c. 7. num. 141. Bach. ad Treutl.*  
*Disp. 6. Thes. 5. lit. D.* si enim sciens emam ab eo, cui bonis in-  
terdictum est, Dominus non ero *l. si sciens 26. de contr. empr.* qui  
tradere non potest vel promittendo obligari, *l. is cui 6. de V. O.*  
nihilque transferre ad aliquem potest, nam in bonis non habet,  
cum ei deminutio sit interdicta *l. Julianus 10. de curat. furios. fu-*  
*rioso 16. de curat. furios. l. his qui 12. de Tut. & curat. dat.*

### VIII.

Cum certis personis lex quoque hunc contractum inire  
vetat, quales sunt (1) Pater cum filio *l. inter 2. C. de contr. empr.*  
*l. si venditor. 14. §. sed & 3. de in diem addict.* quia vox patris tan-  
quam filii est, & vox filii tanquam patris. *§. si quis 4. Inst. de in-*  
*util. stipulat.* & pro eadem ferè persona habentur *l. fin. C. de im-*  
*pub. & al.* Tum inter patrem & filium non nascitur actio

B

§. 12.

§. 12. *Inst. de Obl. qua ex delict. l. actiones. 7. de O. & A. neque iudicium inter eos esse potest l. nec cum 10. de furt. l. lis nulla 4. de iudic.* Si verò filius liberam habeat administrationem *l. eadem 19. de pign. act.* vel bona filio obtingunt, qui patri non acquiritur, de iisdem inter hunc & illum emptio & venditio contrahitur, quale est peculium castrense, *l. inter 2. ff. de contr. empt. l. ex nata 10. de castr. pecul. l. omnes 1. C. eod.* in quo vice patrisfam. fungitur *l. usque 2. ff. ad Sctum Maced. & quasi castrense, l. cum oportet 6. §. cum autem 3. C. de bonis qua lib.* Sed Bart, in *l. frater à fratre num. 50. de condict. indeb. item Anton. Gomez. eod. tit. num. 2.* tradunt de adventitiis non valere emptionem nisi in casu quo ususfructus ad patrem non pertinet, de quo casu est *Auth. excipitur C. de bonis qua lib. quod etiam Nov. 117. attestatur* item nisi bona fide & palam in praesentia iudicis & propinquorum, hic contractus perficiatur, propterea quod pater est legitimus administrator filii *l. 11. C. de bon. mater.* (2) Frater cum fratre in ejusdem patris potestate *l. frater à fratre 38. de condict. indeb.* (3) Medicus cum aegroto, gravioris morbi tempore, emptionem & venditionem non potest contrahere, ut ostendit *arg. l. 3. C. de Profess. & Med. l. si Medicus 3. ff. de extr. cogn.* quia praesumitur aegrotum Medico nihil denegare, si pristinam sanitatem modo accipere possit. (4) Procurator quoque *l. si in emptione 34. §. Tutor. 7. de contr. empt. etiam totorum bonorum, l. 36. de procur. & defens. d. l. 34. §. fin. de contr. empt.* qui negotia aliena gerit, rem ipsius Domini, sine ejus speciali mandato *l. procuratorem 16. C. de procur. & d. l. 63. d. t.* vendere nequit, nisi habeat generale mandatum, cum libera & plena administratione *l. Procurator cui generaliter 58. de Procurat.* (5) Item qui provinciam administrant, à Provincialibus aliquid emere prohibentur *l. non licet 46. l. qui officii 62. ff. de contr. empt. nisi perpetuus fuerit Magistratus, arg. l. Praesidis provincia 34. de Reb.*

*Reb. cred. juncta l. principalibus 33. d. t. vid. Duaren. ad eundem tit. cap. 4. De personis qua mutuuum contrahere prohibentur, (6) Similiter inter Tutorem & pupillum, item curatorem & Adolescentem contrahi emptio non potest, l. si in emptione 34. de contr. empt. nisi vel auctore contutore aut concuratore l. pupillus 5. §. item ipse Tutor 2. & §§ seq. de auct. Tut. & curat. vel palam & bona fide l. cum ipse 5. C. de contr. empt. veluti iusto pretio, & quidem ex comprobatione Judicis, & conjunctorum de necessitate contractus, & commodo pupilli vel adolescentis deliberantium, Salic. in d. l. si in emptione d. tit. vid. Gab. Mud. ad eundem tit. cap. 6. ad eandem l. si in emptione. Quia jam de personis agimus non minus elegans quam nobilis hic incidit quaestio. An Nobilis exercendo mercaturam nobilitatem amittat? quod Aff. per l. Carbonianum 2. C. de carbon. edict. & l. privilegio 27. de decur. ubi dicitur quod privilegium amittatur, per pactum contrarium, mercatura autem est actus nobilitati contrarius, eique non correspondens per l. nobiliores 3. C. de com. merc. & mercat. l. similiter 31. C. de locat. l. milites 15. C. de remilit. d. ne quis 6. C. de dignit. Schonborn. 3 polit. 39. Besold. in polit. 1. disp. 11. Thes. 9. Hoc tamen verum est si Nobilis mercaturam solius quaestus causa exercent res comparando & revendendo, vel si sese totum mercaturae mancipet, secus autem est si tantum frumentum aut superfluos fructus vendat. vid. Nolden. de stat. nobil. civ. c. 22. num. 93. item si receptum sit in aliquo loco ut Nobiles negotientur, ut apud Venetos & Genevenses Mynscent: 6. obj. 54. num. 11.*

## IX.

Enumeratis jam personis quae emptionem & venditionem contrahere nequeunt, atque inter quas hic contractus non valet, operae pretium esse auguror, nunc de consensu & quomodo is comparatus esse debeat paucis agere.

Consensus sit liber ab utraque parte, quia in omni contractu necessarius consensus utriusque partis, si rectè velimus contrahere, requiritur *l. Obligationum 3. l. in omnibus 57. de O. & A. Zas. ad l. 18. de R. C.* invitus enim emere vel vendere nemo cogitur *l. nec emere. 16. C. de jur. delib. l. invitum 11. l. invenditis 13. l. dudum 14. C. de contr. empt. l. si pater 1. C. de rescind. vendit.* nisi certis casibus, ut Testamento jussus, quando nimirum heres vel legatarius jussus est, à testatore in testamento, rem suam vendere vel alienam emere *l. & si æquo 66. de legat. 1. Schneid. n. 5. & 6. Inst. de legat. §. 1. Inst. de singulis rebus per fide commiss. relic.* Nihil enim est, quod magis hominibus debeat, quam ut supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum arbitrium *l. habeat 1. C. de SS. Eccles. vel ratione communionis l. Julianus 13. §. idem Celsus 17. de A. E. l. communi 7. §. si debitor 13. ff. commun. dividund.* Item tempore famis, cogitur quis victualia sua vendere, vel etiam victualia aliasque res necessarias emere, *l. omnia 1. §. cura 11. de off. præf. urb. add. Gothofr. ad d. l. Gail. 2. obs. 56. Myns. 5. obs. 27.* id quod mereri videtur publica utilitas, quæ privatorum commodis semper est præferenda, *l. un. §. hac autem C. de caduc. toll.* nec enim privata bona salva esse possunt, destituta republica, curandum enim est ut affluens rerum copia sit in urbibus, *Nov. 24. cap. 3. add. l. omnia. 1. §. cura 11. de off. præf. Urb. & l. negotiatores. 1. C. de Episc. audient. vid. Tröutl. vol. 1. disp. 28. Thes. 3. lit. d.* non aliter tamen hi ad vendendas res coguntur, quam justo ac tolerabili pretio *l. omnia 1. §. cura 11. de off. præf. urb. arg. l. 13. §. si constat 1. comm. præd. l. servi 2. C. pro quibus caus. serv. pro proem. libert. l. non debere 8. ff. ad municip.* Dissentire tamen nonnulli videntur, per *l. si laborante 2. §. cum in eadem 2. ad L. Rhod. de jact.* communis tamen Dd. opinio priorem sententiam complectitur, quam priorem sententiam etiam

etiam Richter statuit, in tractatu suo de contractibus disp. 9. de  
 empt. & vendit. hoc argumento probans quod nec Princeps ex  
 causa publicæ utilitatis alicui rem suam auferre possit, nisi ju-  
 stum pretium refundat, per l. venditor. 13. comm. prad. l. servi 2. C.  
 pro quibus caus. serv. pro proem. libert. accip. Gail. d. l. Bronchorst.  
 cent 2. assert. 63. Treutl. d. disp. 28. Thes. 3. lit. D. l. 2. C. ut Nemini  
 liceat in coempt. specier. se excusare lib. 10. t. 27. Regulariter et-  
 iam statuunt Dd. neminem posse prohiberi ne emat, quibus  
 etiam consentit Angel. §. fin. de donat. nisi ex causa hoc fiat, velu-  
 ti ne ultra indigentiam emat, ne aliis reddat res cariores,  
 vel incommoditatem habendi inducat, & subjungit Angel. d.  
 §. fin. de donat. ab illis, quibus cura rerum victualium deman-  
 data est, posse statui, ne quis emat in foro ultra certam quan-  
 titatem, & mensuram frumenti, ut sic alii possint com-  
 modius habere frumentum, de quo Salicet. in l. 1. C. de Episc.  
 audient.

### XI

Consensus etiam in hoc contractu requiritur verus, non  
 simulatus, quia nuda & imaginaria venditio pro non facta  
 habetur, l. nuda 55. de contr. empt. & juris vinculum non obti-  
 net, cum fides facti in ea simuletur, non interveniente veritate,  
 l. contractus 54. de O. & A. Porro consensus debet esse certus  
 non erroneus cum nullus sit errantis consensus, l. non idcirco 9.  
 C. de jur. & fact. ignor. l. ad probationem 23. C. de loc. & conduct.  
 quid enim tam contrarium est consensui, quam error, qui im-  
 peritiam detegit l. si per 15. de jurisdic. Unde constat nullam  
 esse emptionem & venditionem, si in corpore sive materia  
 consentientes errent, & dissentiant. V. gr. Si ego me fun-  
 dum emere putarem Cornelianum, tu mihi vendere Sem-  
 pronianum putasti, vel si ego me Stichum tu Phamphilum  
 absentem vendere existimasti, l. in venditionibus 9. de contr.

*empt. l. consensisse 2. in fin. pr. de iudic. & ubi quisq. l. quoties 9. de  
 hered. Inst. l. si pater 4. C. eod. quod non saltem procedit ubi in  
 ipso corpore personæ, sed ubi in qualitate personæ erratur, ut  
 si cum furioso vel mente capto, quem sanæ mentis existima-  
 vi, l. pro emptore §. 2. si à furios. 16. pro emptor. add. Frantzk. ad tit.  
 de contr. empt. num. 40. Secus verò est, si errent saltem in quali-  
 tate accidentali vel nomine l. in venditionibus 9. §. 1. de contr.  
 empt. nihil enim facit error nominis, cum de corpore modo  
 constat d. l. 9 cum verò in materia, sive qualitate substantiali  
 erratum est, V. gr. cum venditor de plumbo, emptor de ar-  
 gento se agere putaret, magis est, nec eo casu emptionem su-  
 stinere l. quid tamen 14. de contr. empt. Nec ad rem pertinet  
 quod contrarium obtineat in pignore & stipulatione l. pignus  
 1. §. si quis fin. de pign. act. l. si id quod 22. de V. O. quia interest cre-  
 ditoris & stipulatoris aliquid potius esse in obligatione, quam  
 nihil. E contrario in Venditione potius est emptoris (quia tene-  
 tur ad pretium) obligationem non constare, quam consistere  
 in re viliori. Cujac. ad d. l. 22. Scotar. Examen Jurid. de contr.  
 empt. Sic etiam si res inaurata vendatur, quasi solido auro  
 constans, valet venditio, quia aliquid auri inest, id est, sub-  
 est aliquid ejus, quod emitur. l. quid tamen 14. de contr. empt.  
 cui non adversatur l. cum ab eo 41. d. t. quia ibi agitur de mensa,  
 quæ non est inaurata, sed tantum auro cooperata, ita ut nihil  
 auri ipsi insit, nos verò de eo corpore, quod ex parte saltem  
 tale est, pro quo venditur, ita ut non sit omninò erratum in  
 materia, atque ideo Cujac. lib. 2. obs. 5. censet inaurata sive in-  
 argentata separanda esse ab iis, quæ auro sive argento cooper-  
 ta sunt, & ideo qui rem inauratam emit pro aurea, non  
 omninò errat in materia, nam in ea inest aliquid auri, qui  
 verò mensam æneam, argento coopertam, pro argentea  
 emit omninò errat in materia, quia nulla ex parte est argentea  
 mensa,*



mensa, sed solum operimento lamina vestita, ut de quadam  
 Tiberii Cæsaris mensa, *Plinius lib. 13. cap. 15. Papinianus in l. le-*  
*gata 9. §. supellectilis 1. de supell. legat. nec mutat, l. Labeo 45. de*  
*contrab. empt.* ubi in materia est erratum, quia venditor qui  
 vas aurichalcum, pro auro vendit, ignorans, tenetur au-  
 rum præstare actione exempto, ad id quod interest, non inde  
 sequitur valere emptionem, hæc enim actio sæpè emptori da-  
 tur, licet emptio non teneat, *l. qui officii 62. §. qui nesciens. 1. de*  
*contr. empt. l. si sterilis 21. de A. E.* Cæterum in huiusmodi quæ-  
 stionibus quæ sunt de eumentium & vendentium dissensu, vel  
 errore animus illorum inspicere debet, qui emunt & vendunt  
*Frantz. ad Tit. de contr. empt. num. 72. Vultej. pr. Inst. de Empt.*  
*& vendit.*

## XII.

Porro consensus, quo contrahitur emptio & vendi-  
 tio, de merce interponitur, quæ in hoc contractu quam ma-  
 ximè requiritur, quia sine re quæ veniat, nec emptio nec ven-  
 ditio intelligitur, *l. nec emptio 8. & l. domum 57. de contr. empt. l.*  
*cum hereditat. 7. de hered. vel act. vendit.* Mercis verò appella-  
 tio stricta ad res mobiles tantum pertinet, *l. mercis 66. de V. S.*  
 sed large sumpta, porrigitur ad omnes res quæ venduntur *l. 1.*  
*in pr. de contr. empt. & l. 1. in pr. de rer. permutat.* Unde rei, quæ  
 ante venditionem in rerum natura esse desiit nulla est emptio,  
*l. etsi 15. in pr. l. domum 57. de contr. empt.*

## XIII.

De Rebus talis est prodita regula, omnium rerum quas  
 quis habere vel possidere potest, venditionem rectè fieri *l. si in*  
*emptione 34. §. 1. de contr. empt.* quæ sunt in commercio homi-  
 num, sive sint corporales sive incorporales, sive præsentis, si-  
 ve futuræ, ut fructus & partus futuri, *l. nec emptio 8. in pr. & §. 1.*  
*d. t.* ubi quando spes fructuum emitur, cujus ea est conditio,  
 ut si

ut siue multum, siue parum nascatur fructuum, vel etiam nihil, pretium oihilominus sit præstandum ab emptore, *l. exemptio 11. in fin. de A. E.* quia spes est loco materiæ, pretioque emipoteft, & quasi alia censetur empta, *d. l. 11. in fin.* ubi & captus piscium, avium, missilium dicitur emi, eadem conditione uti jactus retis. Quo casu quæri possit, An si cum piscibus, vel etiam sine iis, pretiosum quid fuerit extractum, hoc ipsum emptor sibi adrogare possit; Ea de re controversia olim fuit inter Milesios piscatores & Juvenes jonicos, qui ab illis bolum emerant, id est jactum & sine ullo pisce, extractam mensam auream Delphicam, suam vindicabant, ratione contractus, quod fortunam emisse se dicerent; objicientibus è contrapiscatoribus, quod non nisi capturam piscium vendidissent. Ad Senatum Milesium controversia delata, ab eo ad judicium Apollinis rejecta *Valer. Max. lib. 4. c. 1.* quo opus non fuit, cum videatur ea res ex jure dirimi posse, quod scilicet Emptores non jure bolum illum sibi adrogarint, quia non potuerit videri actum nisi de captu piscium, *Cujac. ad tit. Cod. de sent. que pro eo quod interest profer. in fin.*

## XIV.

Et non tantum corporis, sed & juris est emptio ut nominum & actionum *tot. tit. ff. & C. de hered. vel Act. vendit.* Nomen verò hic accipimus debitum, actionem, & quicquid est in actionibus, & persecutionibus ejus nominis, *l. nomen 34. l. qui chirographum 59. de legat. 3.* unde modo dicitur vendi actio, *rubric ff. & C. de hered. vel act. vendit.* modo obligatio, *l. multum 19. d. 1. modo nomen, l. 4. l. & quidem eod.* & hæc venditio valet etiam in vitis & ignorantibus debitoribus, *l. nominis 3. C. de hered. vel act. vendit.* siue in rem sint, siue in personam actiones *l. certio. C. eod.* siue purè siue sub conditione debeantur, *l. nomina eorum 17. ff. de hered. vel act. vendit.* & nomine vendito

dīto venditor cogitur emptori omnes actiones tam personales  
 quam rei persecutorias, quas ratione hujus nominis venditor  
 vel contra ipsum debitorem, vel contra alios, & tempore con-  
 tractus initi habuit, & postea consecutus fuit, cedere *l. emptori*  
*6. l. qui filii familias 14. l. venditor 23. ff. de hered. vel act. vendit. l.*  
*postquam 7. §. ex nominis 8. C. eodem.* Actionum verò venditio fie-  
 ri debet, lite nondum contestata, alias enim res litigiosa ven-  
 deretur (quod lex fieri prohibuit, ut infra dicemus) & locus  
 fieret pœnæ, *l. fin. C. de litig.* Vendi etiam possunt servitutes,  
*l. si aquæ ductus 47. de contr. empt. l. non utitur 38. l. arboribus 12. de*  
*usufr. l. necessario 8. §. fin. de peric. & commod. rei vendit.* tam rea-  
 les *l. si quis ades de S. P. V. l. si via 26. de S. P. R. l. si quis 6. l. quic-*  
*quid 10. l. venditor 13. in pr. Comm. prad.* quam personales, ut u-  
 usufructus *l. cui usufructus 67. de usufr. & §. 1. Inst. de usu & ha-*  
*bitat.* ubi tamen perceptio fructuum tantum alienatur, ipsum  
 V. jus principale usufructuario conservatur. Vendi etiam  
 potest hereditas *l. 1. ff. & C. de hered. vel act. vendit.* modo sit  
 mortuus cujus fuit, quia viventis nulla est hereditas, *l. 1. ff. d. t.*  
*l. 1. ff. pro hered.* Vendita autem hereditate, quicquid ex illa he-  
 reditate ad venditorem pervenit, vel culpa ejus aut dolo malo  
 factum fuit, quo minus perveniret, & quæ postea ad ipsum  
 perveniunt emptori restituere cogitur, *l. Venditor 2. de hered.*  
*vel act. vendit.* & quod ipse venditor defuncto debuit,olvere  
 cogitur, *d. l. 2. eod.* Valida etiam est venditio reddituum sive  
 censuum annorum **wieder kaufflichen Stns** / per Nov. 72. cap. 7,  
 vers. licebit & Nov. 160. pr. cap. 1. & 2. **Reichs Abscheid de Anno**  
**1530. & Anno 1548. sub tit. von wuchmelichen Contracten**  
**item Deputation tag zu Speyer de Anno 1600. §. Ferners** sive  
 redditus constituentur in pecunia sive in frumento, redditus enim  
 sunt res certæ hinc vendi possunt, *l. nec emptio 8. de contr. empte.*  
 & quod annuatim percipitur merx sive res emptæ dicitur, *Gail.*

C

lib. 2.

*lib. 2. obs. 7. per tot.* Venditio verò redituum procedit, si modo  
justam pensionem non excedant, *arg. l. 16. C. de usur. Salic. in au-*  
*thent. ad hac C. d. t.* Quod autem sit justum annui reditus pre-  
tium latè examinat *Covarr. 3. var. resolut. 9. num. 5.*

## XV.

Perspectis jam rebus quæ emi ac vendi possunt, è con-  
trario facilè pater quæ emi ac vendi non possunt, nempe quæ  
nec sunt in rerum natura, nec futuræ sperantur, qualis est  
venditio Chimeræ vel Hippocentauri *arg. §. 1. Inst. de inutil. sti-*  
*pulat.* Item nulla est venditio servi mortui, *l. si duos 44. de*  
*contr. empt.* Item Domus exustæ, *l. domum 57. d. tit.* sed hoc  
certis distinctionibus conceditur, quas videre licet apud  
*Frantz. num. 105. de contr. empt.* Item partus sterilis ancillæ  
vel majoris annis 50. *l. si sterilis 21. de A. E.* Item non valet ven-  
ditio hominis liberi, quem sciens emere non possum, *l. sed Cel-*  
*sus 6. pr. l. si in 34. §. liberum 2. & l. liberi 70. de contr. empt.* quia  
liberi hominis æstimatio præstari non potest, *l. liber 103. de V. O.*  
sed ea venditio duobus casibus recepta (1) si liber homo ma-  
jor 20. annis ad pretium participandum sese venundari passus  
est, *§. servi autem 4. Inst. de jur. person. l. liberis 7. pr. de liber. caus.*  
*Don. 4. c. 6.* (2) si quis propter nimiam paupertatem filium  
vendiderit, *l. si quis 2. C. de patr. qui fil. suos distr.* Prohibet et-  
tiam lex res divini juris alienare, ut est res sacra, quæ non reci-  
pit æstimationem, *l. sacra 9. §. fin. de div. rer.* vel religiosa, quæ  
ut sacra vendi non potest, *l. continuus 137. §. cum quis 6. de V. O.*  
& eam frustra quis emit *§. fin. Inst. de empt. & vendit. l. hanc le-*  
*gem 22. de contr. empt.* vel sancta, quæ etiam quodammodo di-  
vini juris est, *§. sancta 10. Inst. de rer. div. l. summa 1. pr. ff. eod.*  
quod autem divini juris, est id nullius in bonis est, *§. nullius 7. de*  
*rer. div.* & ulterius quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret  
nulla obligatio valet efficere, *l. quod nullius 182. de R. J.* sed hoc  
proce-

procedit nisi vel pia causa interveniat, ut redemptio captivorum, refectio templorum, alimenta pauperum *l. 21. C. de S. S. Eccles.* ubi elegans ratio habetur, quod animæ hominum quibuscunque vasis aut vestimentis præferri debeant. Item res communis omnium, ut est aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littus maris, §. *Et quidem 1. Inst. de rer. div. l. quedam 2. §. 1. ff. ibid.* quia nullius est, sed jure gentium omnibus vacat, *l. littora 51. de contr. empt.* ideoque ut alicujus fieret nec emptio nec venditio valet efficere, *l. quod nullius 182. de R. J.* Porro lex prohibet emere res publicas, & res universitatis, ut est forum, Basilica, Campus Martius §. *6. Inst. de rer. div.* quæ etiam interdum publicæ appellantur *l. 6. de contr. empt. l. 2. §. 1. ne quid in loc. publ. Don. 4. c. 2.* hæc si usui publico destinatæ in perpetuum à privatis vendi nequeunt, *l. 137. de V. O.* ita ut qui sciens ejusmodi rem emat, frustra emat, *l. 6. de contr. empt.* qui vero per ignorantiam, existimans rem esse privati juris actionem exempto habet, *l. 62. §. 2. d. t.* quod si privatorum usibus res universitatis serviant, ut tabernæ in publico solo positæ, tunc eas vendens, non censetur vendere ipsius solum, quod est publicum, sed jus tantum quod habet, *l. 32. d. t.*

## XVI.

Præterea, accidit aliquando ut qui Dominus sit, alienare non possit, *pr. Inst. quibus alien. lic. vel non*, quamvis nihil tam conveniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi, §. *41. Inst. de rer. div.* justis tamen ac certis de causis, utilitas publica, quæ privatorum commodis semper est præferenda, *l. un. §. hæc C. de caduc. toll.* vel necessitas aliud exegit. In numero vero rerum quæ alienari non debent sunt (1) Res pupilli. Pupillum enim & Minorem res suas sine tutorum & curatorum, quos habent, auctoritate & consensu alienare non posse, leges suf-

ficienter docent, sed nec semper horum auctoritas vel consensus in venditione harum rerum sufficit. Utenim pupillis magis prospectum esset, Oratione D. Severi, quæ habetur in *l. 1. de Reb. eor. qui sub tut.* olim prohibitum fuit tutoribus & curatoribus prædia rustica, vel suburbana, item mancipia rustica, ut innuit *l. 22. C. de administ. Tut.* sine decreto Magistratus, & evidenti necessitate distrahere, *d. l. 1. pr. & § 1. Wesemb. in par. eod. num. 1.* Hodie verò ex Constitutione Imp. Constantini, omnes res tam immobiles quam mobiles, quæ servando servari possunt ab iisdem alienari nequeunt, *l. 22. C. de administ. Tutor.* Nisi vel justa causa pro ære alieno, *d. l. 1. de reb. eor. qui sub tut. l. 12. C. de præd. minor.* aut alia inevitabili necessitate urgente. Vel Decreto Magistratus causa cognita. De quâ causæ cognitione vid. *l. 5. §. 9. cum duob. seq. de reb. eor. qui sub tut. d. l. 22. l. 6. l. 11. C. de præd. minor.* Vel autoritate contutoris vel consensu concuratoris interveniente, *arg. l. 8. de reb. eor. qui sub tut.* alienatio celebrata fuerit. Quibus solennitatibus non observatis, minor prædium suum vindicare poterit, *d. l. 1. & l. 9. §. pen. d. t. l. 5. l. 11. l. 15. l. 16. C. de præd. minor.* nec pretium curatori solutum, restituere tenetur, nisi quatenus in suum patrimonium versum est, *l. 10. l. 16. C. d. t.* Illæ autem res quæ servando servari non possunt, cujusmodi sunt vestes detritæ, & animalia super vacua, *d. l. 22. circ. fin.* item fructus *l. fin. §. fin. C. de administ. tut.* sine ejusmodi solennitatibus justo pretio distrahi à Tutoribus vel Curatoribus possunt *d. l. 22. in fin. & d. l. fin. §.* veruntamen si grande damnum pupilli vel adolescentis versetur, distractio per in integrum restitutionem revocatur *l. pen. de Minor.* (II) rerum furtivarum intersciantes, nullum est commercium, *l. fin. in emptione 3. §. item si emptor 3. de contr. empt.* adcoq; emens rem furtivam tenetur eam sine refusione pretii restituere Domino, nec potest eam retinere pro pretio, sed

sed discat imposterum cautius mercari, *l. in civilem 2. C. de  
furt. add. text. Jur. Saxon. in art. 36. lib. 11.* (III) Prohibitum  
est emere ac vendere res litigiosas, *l. 1. ff. & rot. 118. C. de litig.  
ibiq. in paratit. Cujac.* quam primum scilicet mota est & si non  
contestata *auth. litigiosi C. d. t. Wesemb. in paratit. ff. de litig. n. 7*  
(IV) nullum est commercium rei feudalis. Nulli enim licet  
feudum vel totum vel partem aliquam vendere, vel quocun-  
que modo distrahere, vel alienare, sine permissione illius Do-  
mini ad quem feudum spectat, cum venditor & emptor qui  
tam illicitas alienationes contraxerunt, feudum amittant,  
quod ad dominum libere revertitur, *2. feud. 55. §. 1. de prohibita  
feudi alienatione, agitur itidem 2. feud. 52.* Quibus autem in  
casibus hæc alienatio procedat inquiri poterit apud Feudistas  
(V) prohibentur alienari res dotales immobiles, *pr. Inst. qui-  
bus alien. lic. vel non l. unic. C. de rei uxor. act. et ff. de fund. dot. ibi-  
que Wesemb. in paratit.* (VI) Res vi possessæ, quia harum re-  
rum prohibita est usucapio, *§. 2. Inst. de usucap.* sub illa specie  
alienationis *l. 28. de V. S.* reliquæ etiam quæ graviore prohibi-  
tæ intelliguntur, *Don. ad tit. C. que res ven. non poss.* ut autem  
res vi possessa dicatur requiritur, ut possessor sive malæ sive bo-  
næ fidei sit, dejectus fuerit vel si Domino vel ab alio, *l. 4. §. 23.  
& 26. de usucap.* Velutis qui eum vi expulit de fundi posses-  
sione, possessionem etiam apprehenderit, *d. l. 4. §. 23. & l. 1. §.  
28. de vi & vi arm.* (VII) Res emphyteuticæ in consulto Do-  
mino *l. 3. C. de jur. Emphyt.* Sed quæritur an etiam subditi, in  
consultis eorum præfectis possint vendere anseres, gallinos,  
ova, butyra, caseos, &c. *Aff. per l. 21. C. mandat. l. 12. C. de  
contr. empt.* Sed obstat quod Emphyteuta suas meliorationes  
sine consensu Domini vendere non possit, *l. fin. C. de jur. Em-  
phyteut.* Resp. à bonis emphyteuticis illationem fieri non pos-  
se ad edilia, illa enim pleno jure ad Emphyteutam non spe-

Etant, sed Dominus in iis jus aliquod habet, *Schneidevv. ad §. 3. Inst. de locat. & conduct.* Tale verò jus non habent Præfetti in bonis subditorum ediliis, *vid. Rauchbar. part. 2. quest. 22.* (VIII) Nullum est commercium servi fugitivi, quem, cum sui furtum facere manifestum sit, *l. servum 1 C. de serv. fugit.* neque vendere *l. in fuga 6. C. ad L. Fab. de plag.* neque emere possumus, *arg. l. si in 34. §. item si 3. ff. de contr. empt.* (IX) Prohibetur alienari frumentum, quod exercitui mittitur, quia ne in prædam lucrumve vertatur, decretum est, ut quicumque hoc fuerint mercati, honestiores quidem stylum proscriptio- nis & omnium bonorum amissionem incurrant, inferiores autem vilioresque personæ capitali supplicio subjaceant, *l. nec frumentum 4. C. quæ res ven. non poss.* (X) non valet Venditio purpurætam in lana quam serico si à privatis fiat, *l. 1. C. quæ res ven. non poss.* Solius enim Principis usui destinata est, unde etiam eius fucandæ seu tingendæ facultas privatis adempta est, *d. l. 1.* (XI) Prohibita etiam est venditio veneni mali, *l. 35. §. 2. de contr. empt.* quod nullo modo sine adjectione alterius materiæ usu nobis esse potest, *l. quod sæpe 25. de contr. empt.* illudque emens vel vendens hominis necandi gratia tenetur, *L. Cornelia æque ac si occidisset, l. 3. in pr. ad L. Cornel. de Sic. & l. 28. §. 9. ff. de pæn.* (XII) Res etiam morbida vel vitiosa vendi non potest, imò venditor ex vi ædilitii edicti vitium jumentum significare debet, si ei sit notum, *l. 1. in pr. de ædilit. edict.* & si quis rem morbidam vel vitiosam vendiderit, tenebitur emptori remittere vel restituere pretium, sana enim quælibet res præstari debet, alias redhiberi potest, *l. 38. d. 1. vid. text. in art. 97. ibique gloss. Weichbild* hæc tamen vera sunt, si quis ignoranti vendiderit ejusmodi rem secus est si scienti *Bald. in l. 1. num. 5. C. de adil.* Hinc quæritur, an etiam Lanio emens porcum qui habeat *die Finnen* adversus venditorem ad restitutionem pretii agere



agere possit, Neg. quia de vitio patente venditor non tene-  
tur, per l. 1. §. 1. ff. de edil. edict. l. sctamen 48. d. 1. sed laniones  
dictum morbum ex aperture palati, & inspectione linguæ fa-  
cile deprehendere possunt, vide Coler. decis. 228. num. 9. vide  
Carpz. l. P. F. p. 2. constit. 34. def. 15. & 16. (XIII) non valet  
emptio rei propriæ, l. sua rei emptio 6. l. si in emptione 34. §. rei sue  
emptio 4. l. si debitor 39. ff. & l. cum res tibi 4. C. de contr. empt. l. si  
mandavero 22. §. si hi 3. mandat. l. neque pignus 45. de R. J. Quia  
emptione id agimus ut rem nobis acquiramus, l. cum manufa-  
ta 80. de contr. empt. res verò nostra tanquam satis quæsitæ, no-  
bis amplius acquiri non potest, §. 14. Inst. de Act. Quamob-  
rem etiam neque stipulatio, l. scire debemus 29. de V. O. l. nemo  
rem suam 82. d. 1. neque legatum rei nostræ, in nos collatum  
consistit, §. 10. Inst. de legat. l. cetera igitur 41. de leg. 1. Res au-  
tem nostræ intelligenda est, quæ vere & omni ex parte nostra  
est (XIV) Vendit etiam non potest viventis hereditas, l. cum  
hereditatem 17. de hered. vel act. vendit. nec ipsa pecunia, quia in  
hoc contractu requiruntur res & pretium simul, cum verò pe-  
cunia sit loco pretii, hinc ipsa loco mercis esse non poterit, l. 1  
de contr. empt. l. 42. de fidejussor. Et hæc de rebus dicta suffi-  
ciant.

## XVII.

Ad tertium substantiale, nempe ad pretium, sine quo  
nulla emptio consistere potest, l. pacta conventa 72. de contr. empt.  
& sine quo est nulla venditio, l. inter patrem 2. §. 1. de contr. empt.  
transeamus, & quomodo illud comparatum esse debeat vide-  
amus. Hoc autem (1) certum esse debet, quia incertum  
pro nullo habetur, & nullo pretio, nulla etiam contrahitur  
emptio, d. l. inter patrem 2. de contr. empt. l. 9. C. eod. deinde si  
pretium non esset certum, nec emptio esset, sed contractus  
innominatus, l. si tibi polienda 22. de pres. verb. certum autem  
tunc

runc est quando eius quantitas est expressa, vel quadam demonstratione designatur, *l. certum est 6. ff. de Reb. cred. l. aut Prator §. de re judic. add. Comment. Zes. ad tit. de contr. empt. num. 33.* Hinc quaeritur, an emptio valeat, si fuerit ita contractum, eo pretio quod in arca habeo? *Aff.* quia in hoc casu pretium non est incertum, sed magis ignoratur quanti sit emptum, *l. hac venditio 7. §. huiusmodi emptio 1. de contr. empt. certum enim est per rerum naturam, licet quod ad nos sit incertum, quod autem dicto modo certum est obligationem non impedit, l. cum ad praesens 37. & seq. de Reb. cred. §. condiciores 4. Inst. de V. O.* Porro quaeritur, an emptio valeat pretio in arbitrium tertii collato *Aff. per §. 1. Inst. de empt. & vendit.* certum enim dicitur, quod arbitrio tertii commissum est, & hoc verum est modo tertius ille specificè fuerit nominatus, si enim nominatus non fuerit tunc contrahentes disceptarent in eligendo tertio, cum homines ad dissentendum sint faciles, *item si unus 17. de Recept. arbitr.* Vel modo iste in cuius arbitrium pretium est collatum, certum pretium definiat, illo enim certum pretium non definiente, emptio nulla est, *l. ult. C. de contr. empt.* quia venditio haec, ubi pretium in arbitrium tertii est collatum, dicitur conditionalis, si itaque ille tertius non declaret pretium, venditio etiam non valeret, tanquam conditione non existente (2) Pretium debet esse rei venditae condignum, si enim res non conveniat, locatio intelligitur *Bald. in l. 11. 23. de jur. Emphyt.* quod autem diximus pretium rei debere esse condignum, hoc ita intellectum volumus, non quasi emptio statim nulla sit, si non mathematica pretii aequalitas observetur, cum etiam res pretiosa pro ratione temporis, *l. 36. §. 1. mandati.* & eius copia vilissimo pretio possit acquiri & comparari, *l. si ususfr. 66. de jur. dot.* & naturaliter licitum sit contrahentibus se circumvenire, *l. 16. de minor.* si modo  
pretium

pretium uonimis sit injustum, si enim quis in hoc contractu ultra dimidium iusti pretii deceptus fuerit, vel suppleri debet quod deest, vel totus contractus rescinditur, *l. 2. C. de rescind. vendit.* Sed quaeritur hic, an venditor si rei valorem sciverit, & nihilominus infra dimidium iusti pretii rem vendiderit, *d. L. remedio* gaudeat? Aff. quia licet venditor verum rei suae vendendae valorem probe sciat tamen saepe ex necessitate & inopia, cogitur rem suam qualitercunque distrahere, *d. l. 36. §. 1. mandati.* hinc iniquum esset si *d. L. remedium* ei denegaretur. Tum quia dictum *remedium* praesertim de hoc casu videtur loqui, cum quilibet rei suae pretium sciat vel scire possit, *l. quisquis 15. C. de rescind. vendit.* & si illud ad hunc casum non extenderetur, tunc raro locum inveniret. Sed obstat quod scienti & volenti non fiat injuria, & quod nemo videatur fraudare eos qui sciunt & consentiunt, *l. nemo videtur 145. de R. J. c. scienti de R. J. in 6to. l. sancimus. 34. C. de donat. Arist. 5. c. 9. ad Nicomach.* Resp d. l. loqui partim de eo qui ipse est in dolo, partim vero de eo qui sponte consentit. Sed antea dictum fuit, venditorem saepe res suas ex necessitate distrahere, hinc in laesionem non censetur consentire, & si consenserit liber non potest dici ille consensus sed coactus, *l. si mulier 21. ff. quod metus caus (2) pretium in pecunia numerata consistere debet, §. item 2. Inst. de empt. & vendit. l. origo emendi 1. in pr. ff. de contr. empt. l. empti 9. C. eod. numeratam* ideò apponere lubet, quia pecuniae non una solum occurrit significatio: prima enim est generalis & omnem omnino rem continet, tam soli quam, mobilem, tam corpora quam jura, *l. pecuniae nomine 222 l. pecuniae verbum 178. de V. S.* Secunda quae strictior, res pondere, numero, mensurave, constantes, comprehendit ut ostendit, *Gædd. in l. 4. num. 21. de V. S.* Tertia strictissima est & tantum nummos sive pecuniam numeratam denotat, *d. l. 178. & l. 222. l. quisquis 95. de legat. 3. l.*

D

talis

*alis scriptura 30. de legat. 1. l. species auri 15. l. Quintus Mucius 27. de aur. argent. leg. quæ hujus loci, §. 2. Inst. de empt. & vendit. l. empti 9. C. de contr. empt. empt. diximus in pecunia numerata & hoc verum est, quo ad obligationem constituendam, ita ut quid aliud venditori loco pretii obtrudi non possit, l. mutuum 2. de R. C. Secus est quo ad solutionem, quia, si pretium in pecunia numerata ab initio fuerit determinatum, postmodum consentiente venditore res alia pro pecunia solvi potest, l. pretii causa 9. C. de rescind. vendit. l. manifesti juris 17. l. si operas 20. C. de solut. l. nuptia 18. de jur. dot. ratio est, quia contractus ab initio recte constitutus, pacto postea adjecto non vitatur, l. pacta conventa 72. de contr. empt. tum quia in contractibus initium, non verò exitum spectamus, l. 1. depos. Treutl. vol. 1. Diss. 28. Thes. 6. lit. C.*

## XIX.

Apponi solent huic contractui pacta varia, quod *tit. C. de pactis inter emptorem & venditorem* satis superq; innuit. Ex quibus verò usæ sunt frequentissima. In diem addictio, hæc est qualificata quædam rei traditio, ut si quis intra certum diem meliorem attulerit conditionem, liceat venditori rem alii emptori addicere, *l. licet autem 7. l. sed si 10. l. quod autem 11. l. si venditor 14. §. 1. & seq. & l. fundo 19. ff. de in diem addict.* Pactum autem hoc quod alias resolutivum dicitur, apponitur vel pure, ut cum agitur, ut meliore allata conditione ab emptione recedatur, *l. quoties fundus 2. de in diem addict.* vel conditionaliter, quando agitur hoc, ut perficiatur emptio, nisi melior offeratur conditio, *l. si fundus 4. d. t. melior autem conditio oblata censetur, quando quid ad utilitatem venditoris adjectum est, l. quicquid 5. d. t. quæ utilitas consistit in eo, si vel pretio aliquid sit additum, vel solutio sit facilior, aut maturior, l. ubi autem 4. §. melior autem 6. cum ll. seq. d. tit. vel si secundus emptor*

emptor ad solvendum sit idoneor, aut levioribus conditionibus emit, puta satisfactionem de evictione remisit, *d.l. 4.* breviter quicquid ad utilitatem venditoris pertinet, pro meliori conditione haberi debet, *l. quicquid s. h. t.* nisi probetur melior oblata conditio per falsum emptorem, *d.l. 4. § cum igitur s. d. t.* Licet autem venditori, meliore allata conditione, addicere posteriori, nisi paratus sit plus adjicere prior, hoc est, plus quam ante obtulit, nempe tantundem quantum nunc ab alio offeratur, quod ut facere possit, necesse habebit venditor priorem emptorem facere certiore, ut si quid alius adjecit, ipse quoque adjicere & licitando vincere possit, *l. item quod o. §. fin. cum ll. seq. d. r.* Illud hic notandum quod si venditor meliorem conditionem admiserit, non amplius regressum habet ad primum emptorem, sibi enim imputet quod eam admiserit, *l. si venditor t. 4. d. r.* Si autem melior conditio non offeratur emptio prior manet, licet alius existat emptor, *l. ubi autem 4. §. cum igitur s. d. r.*

## XIX.

Paſtum etiam Legis Commiſſoriae huic contractui quam ſæpiſſimè adhiberi ſolet quò cavetur, ut niſi pretium intra diem præſcriptum emptor ſolvat, res inempta exiſtinetur, *l. cum venditor 2. l. ſi fundus 4. & tt. ff. de L. Commiſſ.* Vocatur autem hoc paſtum lex non quod ſit pars juris ſcripti prout definitur in §. 4. *Inſt. de I. N. G. & C.* privati enim legem condere non poſſunt, ſed lex accipitur pro conventionem, *arg. l. legem C. de paſt. & l. ult. de L. Commiſſ.* Paſtum hoc etſi odioſum videatur prout nominat Gothofr. ideoque Imp. Antonin. diſplicebat, *l. 38. in pr. de minor.* id tamen deinde probavit in venditionibus, *l. 1. de L. Commiſſ.* Commiſſoria ideo dicitur quia niſi ſolutio ad diem præſcriptum fiat propter moram, committit lex iſta rem & emptionem venditoris arbitrio an eam velit ratam an irritam habere, Eadem vocis acceptio habetur in *l. 8. §. 11. & l. 10. pr. ff. de Bonor. poſſ.*

*poss. contr. tab.* Hoc verò Legis Commissoriae pactum in pignoribus non est licitum, *vid. Perez. ad C. de pact. pignor. & L. Commiss. in pignor. rescind. num. 4.* quia usurarium est, *Bach. ad Treutl. disp. 28. Thes. 9. lit. d.* cum debitor urgente summa necessitate coactus, videatur pignus suum quod majoris solet esse aestimationis quam debitum, vendere pretio planè injusto & iniquo *l. si fund. De pignor. l. 1. C. de pact. pignor.* Licitum autem esset, si contrahentes convenirent, ut, pecuniâ intra præscriptum tempus non solutâ, creditor rem pignori datam aestimari curaret, & dominium jure emptionis possideret, *d. l. si fundus.* In emptione autem dictum pactum est licitum & frequentissimum, quoniam emptorem neque damno afficit, neque lucro venditorem, sed omnia in pristino manent statu. Lex verò commissoria non potest exerceri, si emptor justas habeat & probet causas, quibus in solutione fuerit impeditus, vel si probet paratam fuisse pecuniam, sed defuisse qui acciperet, vel si ei fiscus denunciaverit ne solveret venditori pecuniam antequam ipsi satisfaceret, *l. ult. de L. Commiss.* item si venditor post diem præfixum accipiat vel petat pretium, tunc enim L. Commiss. renunciasse videtur, quod in arbitrio est venditoris, utrum velit rem habere pro commissa, ac ita legem commissoriam exercere, & rem cum fructibus & accessionibus, si traditæ fuerint ab emptore, repetere, *l. 6. C. de pact. inter empt. & vendit. compos.* an potius pretium petere, nam in favorem venditoris hæc pactio additur, cui renunciare potest, *l. 2. de L. Commiss.* altera tamen via electa amplius variare nequit, quia electione jus quæritur emptori, quod variatione venditoris interverti illi nequit, quam obrem si post diem solvendo pretio constitutam, venditor pretium petierit, vel usuras pretii exegerit, aut oblatas receperit, non potest amplius uti pacti beneficio, quia videtur recessisse à Commissoria, *l. 4. C. de pact. inter empt. & vendit.*

*vendit.* quia pretium non potest peti nisi ex causa emptionis  
*Donell. 16. c. 19.* Idem est si eam non exercuerit, sed partem re-  
 liqui debiti acceperit, non poterit ad commissoriam redire, ita  
 enim sibi præjudicat venditor ut postea frustra eum poeniteat  
*l. 6. in fin. & l. 7. ff. de L. Commiss.* Tandem hæc lex non potest  
 exerceri, si venditor in re vendita tradenda, aut ab aliis rebus  
 quæ præstare debuit moram fecerit, venditor enim non potest  
 moram emptoris accusare quam ipse causatus, *l. ult. de rescind.*  
*vendit.*

## XX.

Solet etiam huic contractui apponi pactum de retro-  
 vendendo, quod ita procedit, ut cum ea lege rem aliquis ven-  
 diderit, ut sive ipse, sive heredes ejus voluerint, quando cunque,  
 aut intra certum tempus restituere pretium, ut tum rem suam,  
 quam vendidit quasi redemptam accipiat, *l. si fundum 2. C. de*  
*paët. inter empt. l. si a te 7. C. d. tit.* ita ut ad venditoris arbi-  
 trium positum sit emptorem cogere rem retrovendere, *l. 7. de*  
*paët.* Fructus verò pendentes tempore revenditionis inter  
 emptorem & venditorem dividi æquum esse arguit *Treutl. disp.*  
*28. vol. 1. Thes. 10. lit. C.* Sed de pretio dubitatur, pro quo re-  
 trovenditio fieri debeat, communis Dd. sententia hæc de quæ-  
 stione est, quod si conventum fuerit, pro quo pretio fieri de-  
 beat, pro eo etiam emptor retrovendere obligetur, quod in-  
 nuit *l. 34. de R. J.* Si verò pretium de retrovendendo simpliciter,  
 & nulla pretii mentione facta, conceptum fuerit, tunc emptor  
 non est obligatus venditori rem emptam retrovendere, pro eo  
 pretio, pro quo ipse hanc rem emit, sed pro illo quo restempo-  
 re eo vendi potest *per l. 2. C. de patr. qui fil. distr. & l. 3. §. 5. de iur.*  
*fisci.* Hoc pactum etiam, seu jus redimendæ rei præscriptione  
 30. annorum non tollitur, *Richter. de contract. disp. 9. Thes. 3.*  
*lit. D.* quia non solum talem legem apponere concessum, sed

D 3

quoque

quoque ut fides contractus seruetur, actio præscriptis verbis vel ex vendito datur, *l. si fundum 2. C. de pact. inter empt. l. 9. C. de rer. permutat. facit etiam pro nostra assertione, l. quod si 31. §. si quid 22. de adil. edict. & l. nec creditores 10. C. de pign. act.* Denique observandum hic est pactum hoc de retrovendendo variis modis in favorem venditoris apponi solere, aut enim cum temporis determinatione, idque dupliciter; Nempe ut usque ad certum tempus puta 3. aut 4. annos liceat venditori rem redimere, & deinceps non, vel ut usque ad certum tempus rem non possit redimere, & nempe ad 2. vel 3. annos & deinceps possit, ad certum usque tempus aut in perpetuum, prout inter contrahentes convenerit, aut absque ulla temporis determinatione, ut fas sit venditori quocumque sibi licet rem redimere.

## XXI.

Inter pacta etiam & hoc referri solet. Ne res vendita distrahatur, quod pactum primo intuitu videtur esse contra leges, & bonos mores, cum nemo astringi possit rem suam in alium non transferre *l. fin. de pact. §. 40. Inst. de R. D. & l. 21. C. mandat.* sed venditio hoc modo inita perfecta, licita, qualificata, tamen hoc modo comparata, ut conditione resolvatur. e. gr. Titius rem aliquam vendit. Cajo hac lege ne alienet, & si fiat alienatio res inempta sit.

## XXII.

Post traditos modos quibus emptio & venditio contrahitur, subjungendum nunc esse censeo, non nihil (ut brevitate studeamus) de effectu ex hoc contractu resultante, qui est actio empti & venditi, quæ actio duplex est, una quæ datur emptori adversus venditorem, & vocatur actio empti, altera quæ datur venditori adversus emptorem, & vocatur actio venditi, appellatione ab jure & persona actoris ducta, *arg. l. 1. §. 1. si pars hered. petatur.* Sed de actione empti primo loco videbi-

mus



mus. Quæ datur, uti jam dictum est emptori ejusque heredi ad-  
 versus venditorem ejusque heredem, ad consequenda ea, quæ  
 ei à venditore præstari oportet, *l. 11. pr. & §§. seqq. de A. E.* Vocatur hæc actio directa, utilis ad distrahendam emptionem, *d. l. 11. §. 6. de Act. empt. W esemb. in paratit. ff. de A. E. num. 1.* Si enim inter partes agatur ad hunc contractum distrahendum, tunc competit actio tantum utilis, *l. 11. ff. eod.* prout fit in pactis supra adductis, ut cum ex lege Commissoria, vel additione in diem, vel pacto de retrovendendo, vel *l. 2. C. de rescind. vend. in casu deceptionis ultra dimidium agatur, ibi non semper petitur ut contractus emptionis & venditionis impleatur, sed potius retractetur & dissolvatur, l. 3. & 4. C. de pact. inter empt & vendit. & ff. de L. Commiss & ff. de in diem addict.* Intendit verò ad hoc præcipuè hæc actio, ut res vendita tradatur: Per rem venditam intellige non solum rem principaliter venditam, sed etiam actiones, id est, omne id quod est accessorium, & necessarium principali, ut capistrum equo, vestis seruo, nam ad illas præstandas tenetur venditor, eo quod principali vendito, etiam accessorium, quod illi cohæret venditum intelligitur *l. 13. in fin. de A. E. & multas res propter accessiones emimus, arg. l. 34. pr. de contr. empt.* Solent hoc loco Dd. pluribus inquirere, quid una vel altera re vendita accessionis vice præstandum sit, ad quos temporis brevitatem exclusus me remitto, & quidem quid domo vendita veniat, *vid. in l. 76. de contr. empt. l. 17. pr. l. 18. de A. E. l. 12. de Inst. vel instr. legat. item Frantz k. ad tit. de Act. empt. num. 240. & seq.* Hæc actio quoque intendit ut venditor teneatur vacuam possessionem transferre, *l. 68. §. fin. de contr. empt. l. cum res 12. C. de probat. & arg. l. qui pradium 13. C. de distr. pign.* Vacua verò possessio multis modis dicitur quos prolixè recenset Fabian, *de Mont. tr. de contr. empt. & vendit. quest. 6. principal. num. 26. & seq.* ad præsentem  
 verò

Verò conditionem quod attinet, talis dicitur vel simpliciter vel  
 secundum quid. Simpliciter quando nullus alius in re ven-  
 dita legitimus titulum possessionis vel juris habet, hoc est, si  
 nullo onere res sit affecta, non pignori obligata, non ex primo  
 decreto à creditoribus apprehensa, licet fortassis ab alio simpli-  
 ci jure custodiæ, vel usus ex causa depositi commoditati deti-  
 neatur. Secundum quid vacua est, quando nullus alius rei  
 veram possessionem, sed tamen jus habet detinendi & in certis  
 casibus distrahendi, quales sunt Creditores vel ex decreto  
 Magistratus missi, vel alia ratione pignus adepti. Porro hæc  
 actio innuit ut talis res debeat tradi, qualis vendita est, quod  
 fit, si non sit deterior nec in alio modo quam in venditione di-  
 ctum est, tradatur, si enim contrarium emptor scivisset, aut  
 profusus non, aut non tanti emisset, res verò deterior est pro-  
 pter vitia adherentia, & de morbis & vitiis rerum vendita-  
 rum, quæ ex ipsius venditionis qualitate, & vi naturali empti  
 iudicio venditor tenetur, *l. 11. §. 13. de A. E.* cautum est *Ædil.*  
*edict.* cujus proponendi causa fuit, ut occurratur fallaciis ven-  
 dentium, & emptoribus deceptis succurratur, *l. 1. §. 2. de Ædil.*  
*edict.* ei autem locus est in venditione, tam earum rerum quæ  
 soli sunt quam mobilium & se moventium, *d. l. 1.* Cæte-  
 rum non solum venditor vitia & morbos præstare, ac de iis  
 prædicere debet, verum etiam rem sanam esse, *l. 11. §. 3. de*  
*A. E. l. 14. C. eod.* aut non esse in his causis scil. *ædil. edict.* pro-  
 mittere necesse habet, in tantum, ut si emptore postulan-  
 te non caveat, adversus eum intra duos menses ad redhiben-  
 dum iudicium, vel quanti emptoris interfit, intra 6. men-  
 ses, prætores polliceantur, *l. 28. d. 1.* Sed illud hic ad-  
 jiciendum, quod quædam in hominibus morbum faciant,  
 in jumentis non æque, adeo ut servus castratus sit morbo-  
 sus, *l. 7. de ædil. edict.* 28. ad *L. Aquil.* equus verò aut mulus  
 castratus

castratus non, *l. 38. §. 7. de edil. edict.* Hæc actio etiam cavet  
 ut res debeat tradi ab omnibus servitutibus tributis, pensita-  
 tionibus & vectigalibus, annuis redditibus, cæterisque one-  
 ribus libera, *l. 1. §. 1. l. 31. §. 1. l. 35. l. 41. de A. E. l. 59. de  
 contr. empt. l. pen. de evict.* Quemadmodum enim vacua  
 rei possessio non intelligitur tradita, si in lite de possessio-  
 ne emptor non queat esse superior, *l. 11. §. 13. de A. E.* ita  
 nec res tradita intelligitur esse libera sive vel possessorio ju-  
 dicio, *ex l. 1. de itiner. act. priv.* servitutis nomine victus  
 sit emptor, *d. l. 35.* Hac actione quoque venditor præstare  
 tenetur, quicquid de re dixit; sive quantitatem id respiciat,  
*l. 2. pr. l. 4. §. 1. l. 6. pr. de A. E.* sive qualitatem, *l. 1. §. 1.  
 l. 17. §. fin. l. 18. pr. de edil. edict.* ut si servum constantem,  
 laboriosum vel contra; non aleatorem, non furem dixerit,  
*d. l. 18. §. 1. & 2. l. 19. §. 1. l. 38. d. t. l. 31. §. 1. l. 52. l. 13. §. 4.  
 de A. E. l. 37. de dol. mal. l. 30. de evict. l. 43. de contr. empt.*  
 hoc enim omne quod de re dixit venditor, præstare debet,  
 tam qui sciens emptorem decepit, quam qui ignorans id,  
 quod non erat, temerè affirmavit, *l. 13. §. 4. de A. E.* quia  
 enim temeraria sua assertione emptorem læsit, *Don. ad. d.  
 l. 13. c. 3.* ideo nihil interest ignorantiam ejus an calliditate  
 emptor decipiatur, *l. 1. §. 3. de edil. edict. vid. omnino Mudd.  
 ad d. l. 13. §. 4. de A. E.* interim non nimis amare sed cum  
 quodam temperamento, id quod de re dixit, à vendito-  
 re exigere debemus, *l. 18. pr. de edil. edict.* cum quædam  
 dicta excipiantur, quæ cum præstare non oportet (1) si quid  
 generaliter de re dixit, quod ad nudam ejus laudem perti-  
 net, veluti servum esse frugi, bonum *l. 10. d. t.* talia enim  
 quia commendandi potius causa dixisse præsumitur, quo-  
 rem citius non pluri venderet, *l. 43. pr. de contr. empt.* (2)  
 Si quid specialiter dixerit, nec hoc tamen semper præstare

E

opor-

1011b

oportet verb. gr. si domum bene ædificatam dixerit, *d. l. 43.* non enim deceptum se esse emptor conquæri poterit, qui quo in statu res est, videt, & culpæ potius emptoris imputandum, quod ea quæ palam apparent, non perpendit, aliumve qui facile perpendere possit, secum adduxerit, quod si verò dolum admiscuerit venditor, quia is culpæ præponderat, *arg. l. 9. in fin. ad L. Aquil.* Ultimo hac actione ad evictionem præstandam etsi nihil convenit, venditor tenetur, secundum naturam contractus, *l. evictio 16. de evict.* ita ut emptori rem habere liceat, ne evincatur, *l. 11. §. 2. l. 8. de A. E. l. 66. de contr. empt. l. 8. de evict.* Rem verò habere licere significat hic ut vel dominium si res propria, vel conditio usucapiendi, si aliena vendita sit, transeat in emptorem sine interpellatione ita enim verba hæc in materia emptionis accipiuntur, *in l. 188. de V. S. l. 74. de contrahenda empt.*

## XXIII.

Vidimus nunc actionem empti, afferendum nunc aliquid ex vendito (quæ etiam interdum actio pretii appellatur, prout *in l. si non 8. l. empti 9. C. de contr. empt. l. si servos 7. C. de A. E.*) venditori competente ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet, *l. Julianus 13. §. ex vendito 19. ff. eod. vel ex pactione, d. l. 13. §. item si 23. vel ex contractus natura.* Naturaliter verò in hoc iudicium veniunt primo pretium quanti res venit, *l. Julianus 13. §. veniunt 20. de A. E. l. venditi 6. l. servos 7. C. eod.* quia emptor nummos venditori solvere cogitur, *l. ex empto 11. §. & imprimis 2. de A. E.* (2) Venditor usuras pretii post diem traditionis hac actione postulare potest, *d. l. Julianus 13. §. veniunt 20. ff. de A. E. l. curabit 5. C. eod.* post moram intercedentem factas, *l. Lucius 47. d. t.* has enim venditor

ditor officio Judicis exigere potest, *l. fructus 13. C. eod.* nam  
 cum re emptor fruatur, æquissimum est eum usuras pretii  
 pendere, *d. l. 13.* (3) Hac actione intendit, ut emptor  
 sumptus in rem factos restituat, *d. l. Julianus 13. §. præterea 22.*  
*de A. E. l. 38. d. 1.* sed requiritur h. l. ut bona fide factæ  
 fuerint impensæ, quæ censentur tantum necessariae & uti-  
 les, quales sunt sumptus in restitutionem ædificiorum di-  
 stractorum, in culturam agri, in fructuum perceptionem  
 in servi aut animalis ægroti curationem impensi, aliàs si  
 quid minus utiliter impenderit, non aliter hoc repetere  
 potest, quam si emptorem hoc impendi velle appareat, *d.*  
*l. 13. §. 22.* Tum etiam requiritur, ut ante traditionem,  
*d. l. 13. §. 22.* sumptus impensos restituat, quia enim post  
 rei traditionem nullâ obligatione venditionis cogente sum-  
 ptus facit venditor, utpote qui rei traditione, omni obli-  
 gatione rei custodiendæ liberatus, idcirco nec actio-  
 nem venditi habebit sed Negotiorum gestorum, *l. 6. §. 3.*  
*de N. G. l. 7. §. fin. solut. matrim.* (4) in hoc iudicium ve-  
 nit, ut, quod plus debito præstitum est, hac actione re-  
 peri possit, *l. venditi 2. C. de A. E.* qua in causa est, ut si  
 venditor duos habeat ædes, unam, cui servitus imposita,  
 vendidit, certa quidem specie servitutis in venditione ex-  
 pressâ, *l. 7. pr. Comm. præd.* in traditione autem non impo-  
 sitâ, nec ejus mentione factâ comperit actio hæc ut servitus  
 imponatur, *l. 35. de S. U. P. l. 8. de A. E. l. 6. §. fin. comm.*  
*præd.* Denique etiam, ut res emptas tollat emptor aut id  
 quod interest præstet, hac actione consequitur venditor,  
 quod in vino vendente receptum est, ut nisi id vel tempore  
 convento, vel antequam ad vindemiam necessaria fuerint do-  
 lia, avehatur, *l. 4. §. fin. de peric. & commod. rei vendit.* de nun-  
 tiatione emptori factâ, ut vinum tollatur, aut sciat futu-

rum ut effunderetur, *l. 1. §. 3. d. t.* Venditor vinum effundere, aut si quod commodius est, emptor vinum tollere supersederit, id quod interest, vasa non habuisse inania, consequi potest, *d. l. 1. §. 3.* Illud verò sciendum, neminem contrahentium actione empti vel venditi posse experiri, nisi contractum ex parte sua impleverit, vel ad id faciendum paratus sit, offerri enim pretium integrum ab emptore debet; cum exempto agitur, alias venditor quasi pignus retinere potest eam rem quam vendidit, *l. Julianus 13. §. offerri 8. de A. E.* Contra si venditor ad pretium prius agat, obstabit illi exceptio rei venditæ & non traditæ donec rem plenè tradat, *l. qui pendentem 25. d. t.*

## XXIV.

Quia diximus quomodo emptio contrahatur videndum nunc est, qua etiam ratione dissolvatur, cum autem quo quidque modo ligatum, eo quoque dissolvatur, *l. nihil tam naturale 35. de R. J.* Sequitur quemadmodum emptio mutuo consensu contrahitur, sic etiam mutuo consensu re adhuc integra dissolvitur, *l. 2. 3. de rescind. vendit. l. 1. 2. C. quando lic. ab empt. reced. l. 6. in fin. de contr. empt. l. pen. C. de pact. inter emp. l. 58. de pact.* Mutuò dissolvi consensu diximus, non unius, nam alterutra parte invita ab emptione recedere non licet, quia quemadmodum ab una parte non contrahitur, sic nec rescinditur, *l. 1. in fin. ff. de rescind. vendit. l. 3. 4. C. eod.* ne quidem impetrato ea de re rescripto Principis, quia Princeps jus alteri quæsitum absque causa auferre nequit, *l. 11. de R. J.* Nec fiscus eo jure uti potest, ut à contractu jam perfecto recedatur, altero invito, *l. 3. C. de rescind. vendit.* Nec si duplum pretii reddere paratus sit is, qui vendidit, *l. 6. d. t.* At licet verum sit, quod

quod diximus, tamen certæ causæ sunt, ex quibus venditio contracta rescinditur. Primo, si venditor dolo & fraude adversarii inductus fuerit, ut venderet, aut emptor ut emeret, potest is qui deceptus est petere ut rescisso contractu in integrum restituatur, *l. 5. l. 10. C. de rescind. vendit.* licet enim talis contractus ipso jure nullus sit, *l. 7. ff. de dolo.* expectatur tamen voluntas ejus qui læsus sit, ut si nolit stare contractui, petat contractum declarari nullum, cumque rescindi, quatenus re ipsa non jure innitus est, *l. 9. de præd. minor.* Modo etiam tempore contractus initi dolum ignoraverit: nam si dolum sciens contraxerit consenseritque, ut in instrumento majus pretium scriberetur, quam revera res empta fuerit, non propter hoc de circumscriptione quæri poterit. Altera causa est propter quam rescinditur venditio, si vi aut metu hæc celebrata sit, si quis enim per vim coactus aliquid vendiderit, ratum non habetur, *l. si pater 1. C. de rescind. vendit.* dum hæc venditiones quæ per potentiam extortæ sunt, infirmari præcipiantur, *l. fin. C. de his qui vi metusve causa* dummodo sit justus metus, qui cadit in constantem virum, inanis enim metus non habetur ratio, idcirco si quis necessitate compulsus propter urgentis debitum, vel munus publicum rem suam viliori pretio distraxerit, non rescindetur venditio, *l. 12. de rescind. vendit.* Tertia causa & justa ob quam hic contractus rescinditur, est læsio in pretio, non quælibet sed gravior, excedens dimidiam partem justii pretii, *l. 2. C. de rescind. vendit.* Cui non obstat, quod naturaliter licitum sit contrahentibus se invicem circumvenire, nempe quod plurius minoris emere, & quod minoris est plurius vendere, *l. 16. §. pen. ff. de minor.* hoc enim accipiendum de modica de-

ceptione consistente intra terminos infimi pretii, quam ma-  
 suâ & tacitâ quadam indulgentiâ contrahentes sibi remit-  
 tere censentur, quæ vel naturaliter seu jure gentium tole-  
 ratur, litium vitandarum gratiâ, & ne omnis obligatio  
 emptionis & venditionis semper sit in incerto. At verò  
 immodica læsio excedens dimidiam partem justii pretii gra-  
 vior est, quam ut toleretur, *l. 2. C. de rescind. vendit.*  
 Sed ut vela contrahamus. Sufficiat nunc hæc pauca & le-  
 via forsan de difficili hac materia attulisse Lectorem bene-  
 volum ea qua par est observantia rogitò, ut si quædam in-  
 congruè ac minus accuratè posita sint, omnia in benignio-  
 rem partem flectere velit, quia omnium habere memoriam  
 & in nullo penitus peccare divinitatis magis quam mor-  
 talitatis est, quod innuit Imperator noster

*l. 2. §. 14. C. de vet. jur.*

*enucl.*

Interim

## SOLI DEO LAUS ET GLORIA.

COROL.





## COROLLARIA.

## I.

**N**onnunquam de jure Civili ex imperfecto  
testamento quis tenetur.

## II.

Sponsa Sponsum absentem exspectare debet quo-  
ad revertitur, nec intra certum tempus puta  
biennium aut triennium alii nubere potest.

## III.

An Mulier sit in potestate Viri? Si ipsam in-  
terrogaveris pernegabit, sed si veritatem con-  
sulueris, ajens responsum auferes.

## IV.

Morosa Mulier pro osculo colaphum quando-  
que à marito jure auferre potest.



COROLLARIA.

I.

Omni iudicium de iure Civili ex imperfecto  
testamento quod tenetur.

II.

Spontanea sponsio ab iudice expressa debet esse  
adventitia, nec inter certum tempus facta  
dicuntur aut trinitatem alii habere potest.

III.

Quod dicitur in potestate Viri? Si ipsam in-  
terrogaveris pernegabit sed si veritatem con-  
suleris, eius responsum auferes.

IV.

Corolla dicitur pro osculo colaphum quando  
que a marito iure auferre potest.

(\*) (\*) (\*)



1077


**ULB Halle** 3  
003 252 035



Sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA

108.  
27

# TIONE TIONE,

1658,6

AM  
TRINO ET UNO  
SIDE

## DAVIDE NONE

DRE, EORUMQUE  
RIO, ACADEMIÆ HEI-  
CANCELLARIO, PRÆ-  
NI HONORIS ET OB-  
CULTU ÆTATEM  
ENDO;

*mandam proponit*  
S RUMP HAMB.  
RESPONDENS.

\*)  
LBERGÆ

RI, *Academia Typographi.*  
DC. LIIX.